



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 109. Adversa Cari Sommersetis Comititis fortuna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

„declarationi acquieturi, nec novis & Sæc. XVII.
 „non necessariis sollicitationibus causam præbituri, sed hæreditarium sibi A. C. 1615.
 „jus in Cives suos saluum conservaturi
 „sint; cum ipse nec a declaratione jam
 „facta recedere, nec ampliora permit-
 „tere posset,“ Hoc quidem responso
 sedatus est hic tumultus, qui tamen
 progressu temporis occasionem præbuit
 conspirationi Bohemicæ in Cæsarem ab
 Acatholicis conflatæ.

§. CIX.

*Adversa Cari Sommerfeti Comitum
 fortuna.*

Hucusque Carus Sommerfeti Comes
 tanta apud Jacobum I. Angliæ Re- *Rapin hist.*
 gem gratia valebat, ut non modo ce- *D'angl. l. 18.*
 teri Proceres eidem invidiam concitare *Calmet Hist.*
 adlaborarent, sed ipsa etiam Regina in *Univ. l. 252.*
 ejus excidium cum Rudolpho Winwo- *Relat. Hist.*
 do conspiraret; eo quod Comitem vio- *contin. p. 93.*
 lentæ necis Henrico Walliæ Principi il-
 latae auctorem suspicaretur, seque ab
 hoc Regis Cliente vilipendi crederet:
 Sub idem quoque tempus ipsemet Rex
 Georgium Villerium Licestriensem No-
 bilem in paucis charum habere cæpe-
 rat, eumque Regium Pincernam con-
 stituerat, ringente licet Sommerfeto
 Comite, qui nascentem Regis propen-
 sionem

Sæc. XVII. A. C. 1615. fionem maturato rivalis sui exitio, extingui, unice intentus erat; opportuna quoque nefando ejus consilio se obtulit occasio; cum enim quadam die Villerius cum ceteris mensæ Regiæ accumberet, ac Pocillator, aut incuria aut industria, vinum supra ejusdem vestes effunderet, Villerius indignatione moderationem superante, eidem colaphum impegit, simulque hoc facto sese obnoxium reddidit legi, qua cautum, ut dextera ejus, qui quempiam in Regia percussisset, amputaretur: Hujus delicti cognitio spectabat ad supremum Regii Cubiculi Præfectum Sommersetum, qui hac occasione fretus Villerium ad legis præscriptum plectere statuit: Verum Rex hac severitate in novum suum Clientem tantopere offendebatur, ut sensim a Comite alienum præferret animum; quo comperto Georgius Abbotus Cantuariensis Archiepiscopus, qui Brancrofto nuper defuncto successerat, instigantibus Aulicis Reginam eo induxerat, ut ad ejus sollicitationem Rex Villerium a Regio cubiculo esse juberet. Tum vero Aulicorum animi in diversa scindebantur studia, nonnullis Sommerseti veteris Clientis favores, aliis novi hujus æmuli patrocinium aucupari certantibus: Primis hisce alternantis fortunæ motibus præcipue agitabatur.

Justif. d' Abbot dans les Collect. de Rusworth an. 2, c. I.

tabatur Sommerfeti animus: recurſa-
 bat identidem moleſta recordatio hor-
 rendæ cædis, qua Overburium olim
 amicum ſuum furori ac libidini ſuæ li-
 tabat: cruciabat Regiæ indignationis
 ac vindictæ formido, necnon priſtini
 favoris deſiderium: ne vero prævalente
 inquietiſſimo harum cogitationum tur-
 bine ſuæ obliſceretur ſecuritatis, Re-
 gem ſupplex adiit, ut ſibi omnium cul-
 parum, a quibus tot negotiorum multi-
 tudo & gravitas innoxium etiam quem-
 vis gravare poſſet, veniam Regio di-
 plomate concedere, ejuſque vitam ab
 æmuloꝝ inſidiis in tuto collocare di-
 gnaretur. Annuit quidem Rex, Regio ta-
 men diplomati ſigillum apponere renuit
 Cancellarius, nec ipſomet Rege id æ-
 gre ferente.

Sæc. XVII.
 A. C. 1615.

§. CX.

*Sommerſetus, ejuſque Conjux, cete-
 rique Overburianæ necis conſcii
 in carceres abſtracti.*

Sub idem tempus Reeveꝝ Pharma-
 copolæ famulus Fleſſingæ cum Trum-
 balli Equitis, qui Bruxellis Jacobi Re-
 giſ Oratorem agebat, famulis frequens
 habebat commercium, eiſque referebat,
 quod Londini conſtitutus Franklini juſ-
 ſu clyſterem veneno infectum præparaſ-
 ſet.

Rapin. l. c.
 S. Anth.
 Weldon.
 p. 102.